

SECTIO TERTIA.
DE
TERTIA FIGURA.

Tertia Figura est talis terminorum-
dispositio, in quâ mediq; in utraq; præmis-
sarum est subjectum, ut

O Homo est rationalis.

O Homo est animal. E.

Quoddam animal est rationale.

CAPUT PRIMUM.

DE
MODO

DARAPTI.

Modus Darapti est dispositio Enun-
ciationum in tertiâ figurâ, ut major
& minor sint universales affirmantes, ex
quibus sequitur Conclusio particularis
affirmans.

SOPHISMA I.

*Necesse est omnem electum esse salvan-
dum.*

Necesse est omnem electum esse hominem :

E.

*Necesse est quendam hominem esse sal-
vandum.*

G

Resp.